

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

26. De Confutatione & Confirmatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

culsum temporis foris commoratus, rediit, ad ducens eum, qui oblatus venenum erat, quod apportabat in calice tritum. Eum conspicatus Socrates, age, inquit, vir opime, nam tu harum es peritus, quid nunc agendum est? Nihil aliud, inquit, quam potus ut obambules, donec grauari crura senseris, deinde accumbes, atque reliqua ipsum ager. Simulque porrexit illi calicem. Hic vero accepto illo, mihi Echecrates, minime turbatus, si neque trepidatione, immutato & colore & vultu, sed ut consueverat, torum obtuens ad illum: Quid nairas, inquit, de hoc poculo? Veterum alicui hinc libare quicquam licet, an non licet? Tantum, inquit, & Socrates, miscemus, quantum ad mediocrem haustum satis esse existimamus. Intelligo, inquit ille, Deos quidem certe precari licet, ut hæc hinc migratio illuc felix evenerit, id quod & precor & ego opto. Atque hæc locutus, paululumque morans, admodum expeditè sineque omni difficultate exhaustus. Nostrum quidem plerique ægre hastenus lachrymas continere potueramus. Vbi vero & bidentem vidimus, & exhaustum iam venenum esse, vinebamur plane, mihiq; ipsi adeo vi lachrymarum flumine quoddam erumperat. Itaque obnolutus deplorabam me ipsum; non enim illam sane, sed fortunam meam, qui tali amico priuatus essem. At Crito ante mecum lachrymas continere non posset, surrexerat. Sed Apollodorus dudum etiam lachrymari non cessauerat. Tum vero inter lachrymas fremens & indignans, nemini non fletum mouit, præter quidem Socratem, qui, Quid agitis, inquit, inepti? Ego enim certe, non minimam hanc habui causam, our mulieres ablegauerim, ne in hunc modum delinqueretur. Nam auditu fauendum esse linguis, mortis tempore. Proinde quiescite & perdurate. Quæ cù audiuissemus, pudore affecti repressimus lachrymas. Ille vero cum aliquantis per obambulasset, cumque iam diceret crura grauari, reclinavit se suspinus: id enim minister veneni iussiterat, si que attristans simul eum, paulo post inspiciebat pedes & crura. Deinde vehementius premens pedem, rogauit an sentiret; hinc pertenit ad tribias, atque ita ascendens, demonstrauit eum iam frigescere & rigescere. Iterumque attristans. Postquam, inquit, cor attigerit, tum interibit. Iamque adeo propemodum frigus supra inguinem euaserat, atque ille remotis vestibus, quibus fuerat obvolutus, quod qui-

dem postremum fuit locutus, Aesculapius, inquit, o Crito, gallum debemus: quem videte ut reddatis, arguere cautele ne hoc negligatur. Ita erit, inquit Crito. Sed nunquid aliud imperas? Hoc interrogant nihil magis ille respondit. Hic finis o Echecrates, fuit amici nostri, viri, ut dicere possum, eorum qui nobis noti fuere, omnium & fortissimi & sapientissimi, & iustissimi.

Sunt & aliae narrationes perelegantes, quales sunt de fraudibus Philænis apud Sallustium, & de Zopyro apud Liuium.

#### De Confutatione, & Confirmatione.

##### CAP V T XXVI.

**D**ictum est superius satis copiosè argumentis, nunc confutationis modum do- Confutationis quinque modi.

Confutantur argumenta multis mo- dis, vel ipsius Aristotelis testimonio.

Primo, *ifodivisa*, hoc est, contemptu, quando contemnimus, & nihil facimus ad veriorum dicta: sic ferè totam Cœli accusationem Cicero voluit videri magis iras & iurgia diffidentium in amore, & amantium querimonias, quam vera crimina.

Secundo, *hypocrisi*, hoc est, actione, vultu, gestu, & vocis sonata: tale est illud:

*Cantando tu illum, aut unquam tibi fissula-  
cera  
luncta fuit?*

Tertio, *increditatione*, vbi crimen aliquod maxime alienum, vel ipsa iudicum opinione, cum indignatione reicitur, ut, Dij te perdant fugitives, qui ista obiciuntur.

Quarto, *antilogie*, seu compensatione, cum assertimus rem, vel parem, vel maiorem: talis est disputatio pastorum apud Virgilium, vbi unus quidem mouet questionem:

*Dic quibus in terra, & eru mihi magnus Apol-  
pollo,  
Tres patet cœli spatiu[m] nos amplius ul-  
nas.*

Alter non dissoluit, sed noua questione aduersarium capere nititur.

*Dic quibus in terris, inscripti nomina regum,*

*Nascantur flore?*

Quinto, *apopaneſi*, hoc est, deductione, & fallacia, cum iudicem vel auditorem are nobis.

contraria deducimus, quando pollicemur de eo quod obiectum est, nos alio loco esse dictatores, & ita sensim elabimur, auditorumque animos ab eo, quod nos premebat, ad aliarum rerum vitem considerationem tradiimus, quod sepe facit Cicero.

Sextus est communis confutandi modus, si negentur falsa, ut à nostra opinione, consuetudine, à personis, à rebus, à testimonijis aliena, ostendanturque absurdia, repugnantia, contradicentia, distinguantur dubia, illustretur obscura, causæ & rerum, & factorum afferantur.

*Prudentia  
in confusa-  
tionibus  
sernanda.*

Quare, quis tandem vsus, aut modus con-  
futacionis optimus censetur: Habenda est iu-  
co rerum, personatum, & temporum non leuis  
ratio. Multa indignatione, multa risu, multa  
interrogationis aliquicui vribantae tela ad-  
uersariorum sunt per se feliciter heberata,  
que rationum multitudo nunquam euicisset:  
imò ea sepe obiectur, in quibus refelen-  
dis, si te pugnacem ostenderis, altius facti sus-  
pcionem defiges mentibus auditorum: Pro-  
lepses etiam, & excusatones non petitæ, sepe  
accusationes fuerunt.

Videndum igitur diligenter, quid oratoria prudentia praescribat.

Nonnunquam personæ sunt tantæ autho-  
ritatis, & sanctitudinis, ut vel silentio, vel uno  
saltu verbo satis luculentam per se faciant  
apologiam.

Liu l.8.  
bell. Mac.  
Scipionis A  
fricani au-  
toritas ad-  
mirabilis.

**Confutatio  
qua usus  
Scipio, mi-  
rabilis.**

Scipio Africanus, cum ab accusatore quodam importunè, & præferuidè posceretur, multique insuper delictis oneraretur, ad longam accusationem respondit:

[Hoc die, Tribuni plebis, vosq; Quirites, cum Anaibale, & Carthaginibus, signis collatis, bene, ac feliciter pugnaui. Ego hinc exemplò, in Capitolium, ad Iouem optimum maximum, lunonemque, & Mineruam, ceterisque Deos, qui Capitolio, atque arcis praefident, salutandos ibo, vtque gratias agam: Vestrum quoque, Quirites, quibus commodum est, ite mecum, & orate Deos, ut mei similes principes habeatis.]

Nihil obiecit, nihil purgauit, toram tamen secum traxit multitudinem, & calumniarum nequam latrantem, luculentam plagam percusserit. Hac autoritatem Scipionis decebant, qui, ut generosissimus leo, canem non putauit sua dignum iracundia.

**Confutatio** Alij procaces Sophistas, & omnibus infestis, arguta nonnunquam interrogacione, aut

parafallologismo cōperunt, ijsque frustā captio orationis ambitu nitentibus securim iniecerunt. Iuuata nō nunquam, si comode stant. & pro desco personarum. Sed iſkis omisis, vbi res caūdicator, quæ legitimū certamen requirat, tum confutatio pugnaciter infistendum.

Et primum qui deim intentata ab aduersario petitiones sunt proponendæ, quas nonnulli sapientiæ de industria dissimulare, elevere, & in <sup>in</sup> confutare, agunt, quod ego tamen sunt mala fidei, & apud acutos auditores, namum falsam aduersarium, minus securum arbitror. Is sarci impensis statim iustum querelam infert, ius in nenda fert, sua inuerti, se obtorto collo trahi, non Confutatio esse hanc suam mentem, param fideleriter agi. Malitia. Itaque ipso statim limine refutantis periclitatur. Simile de genitrix fides, & quicquid malè iactis fundamentis qui affinastriuitur, lenissimo ictu concidit. a Leoni (in gunt ea quae qui) Apologus homo quipiam pista, factaque confutum. Leonum similimachra ostendebat, valentissimi cuiusdam bestiarij calcata pedibus, & sui generis robur praedicabat. Tum vero leo; Fabulae sunt, inquit, ista, quid si leones pingere, fingeret, reque didicissent, quot homines videres leonum pedibus compresos, atque subiectos. Hand dissimiliter evenit in ijs, qui leues quasdam, & siculneas aduersariis rationes affingunt, de quibus ipsi nunquam cogitarunt: Hinc in confutando diserti sunt, & planè magnifici.

Sed haec prævaricationis potius sunt, quam iusti certaminis, nec apud graues viros licent, ne in eos quidem, Quoru Flaminia regiuntur cintus atque Latina.

Hanc ob rem , quā lūx in refutando synceritatis plenius dare volunt indicium ; ipsa ple-  
rumque aduersariorum verba ex scripto reci-  
tant , & præfigunt , deinde confutat , sed non  
est semper necesse in eisdem iurare apices ,  
modò fidelerit sensus asse quamur . Postquam  
objeta peritio est , sequitur confutatio , quæ  
tota ex locis argumentorum coalescit . Ea  
censetur autem optima , cùm excurrat per ea  
capita , quæ Græci Rhetores ἀνακόλυθον ἀ-  
δύταροι , σταθμοί , ἀπόδειξη , ἀρχής , τούπο-  
φορον appellant . Ananakólython robustissimum Confutand  
est confutandi genus , quo velim primùm si genera  
fieri possit aduersarium feriri . Dicitur enim multa  
inconsequens , seu repugnans : quod sit , cùm ex  
aduersarij oratione multa paßim dicta colli-  
gantur , quæ conciliari nullo modo possint ,  
sed

*Cassius.* sed manifestam inter se contentione m habeant. Tum certe non leuis plaga infertur, cum si non tantum nobilcum, quam secum pugnare ostenditur.

Eiudem generis est *adversarius*, vbi quod factum obiectur, si et non potuisse, aut esse, summis rationibus addicitur, quae a natura, & causis verum, ceteris que similibus sumuntur, si hæc probari non possunt, entendum est, ut saltem *adversarius*, res minus probabilis hoc loco, hoc tempore, his personis fasile videatur.

Item, si ab aduersario minus dilucide collecta sunt argumenta, exagitandæ erunt eius coniectura, quod incerta pro certis, obscura pro notis, falsa pro veris afferat. Non esse rem, quæ geritur, tam parui momenti, ut leuisimis hincitatis sit permitenda.

Accedunt *adversarius* & *adversaria*, quæ non tantam vim habent, ac superiora, commode ramen nonnunquam adhuc tentur, vbi res, quæ obiectur, primum à dignitate personæ aliena, deinde de minime lucrofa, ut commoda.

Postremò etiam damnosa ostenditur, solebat enim *Cassius* verus illud querere; *Cui bono*.

*Confutatio-*  
*mit ordo.* Ordo autem confutationis à prudentia Oratoris melius prescribetur, sèpè minuta quædam obiecta, quasi leutoris armatae milites, in primo agmine conciduntur, mox ad grauiora deuenientur. Sèpè quæ maioris sunt ponderis, prius confutatur, quibus expugnatis, tenuia quæque facile concidunt. Nonnunquam caput illud percussit, cui cætera, quasi per annulos catenarum nera coherent, exinde reliqua nullo negotio disoluuntur.

Pugnatur aliquando cæsim contrà multas, & exiles rationes, aliquando diductijs resurgetur, & quod plus caloris, & spiritus habet confutatio, bene tractatur per dialogos, ironias, subiectiones, concessiones, ratiocinationes, iuris, & concisæ vibratas propositiones, & similia, quibus vis, & ardor oratoris magis incaescit.

*Confirmatio-*  
*nrio.* In confirmatione contraria est ratio corudem argumentorum, cæteroqui per idem propè filii extunditur, quanquam magnum differimus habendum est confirmationis demotæ, & judicialis: Illa siquidem, cum de his rebus agat sèpius, quæ omnibus probantur, sunt florem, ornatum, & gratiam speiat potius, quam contentiosam probationem.

Hæc magis instat rebus, & argumentis, & prudenter quidem facit, si minuta, & quæ facile ab aduersarijs vellicati possunt, amputat.

Ea autem maximè in primis, & vltimis ordinibus opponit, quæ robustissima sunt, quæque primas aggrætiones, ut plurimum vehementiores, summe iustinent.

Vtitur autem utique, tum confutatio, tum confirmatio, telo argumentationis, cuius viae sunt species.

NN.

*a Hoc Diuus Diomèdus Areopagita, episcopo oddi-*  
*uio de diuinu nominibus vocat regos teus & ceteros*  
*aristoteli orationes.*

### De ratiocinatione, & inductione.

#### CAP V T XXVII.

Ratiocinatio disputatorum relum est primum; & si ea minus expressè oratores magna tamen dexteritate vtuntur. Nam, & orationes plerunque totas in syllogismo fundatas esse videas. Itaque non simpliciter, & nude propositiones excent oportet, sed alijs insuper argumentis confirmantur, passimque figurarum illustrentur ornamentis, ipsa denique conclusio satis per se intellecta latenter per varios motus, quasi per cuniculos in animum irrepatur.

Inductio familiarissima est oratoribus, & ad ornandum illustrissima. Audi illam Sene-

cæ, quam magnifica est.  
Naus bona dicitur, non quæ pretiosissimæ. *Sed ipz 6.*  
Iloribus piæta est, nec cui argenteum, aut aureum. *Institutiones*  
um rostrum est, nec cuius tutela e bore calata *insigne* est,  
est, nec quæ fiscis, ac opibus regis preßa est, *plum*.  
sed stabilis, & firma, & iunctu is aquam ex-  
cludentibus spissa, ad ferendum incursum  
matis solida, gubernaculo parens, velox, &  
confidentis vento.

Gladium bonum dices, non cui deauratus *Virtus sola*  
est balthicus, nec cui vagina gemmis distin- *hominem*  
guitur; sed cui & ad secundum subtilis acies, *fasci*.  
& mucro munimentum omne rupestris.

Regula noa quam formosa, sed quam re-  
cta sit queritur.

Eo quodque laudatur, cui comparatur  
quod illi proprium est. Ergo in homine quo-  
que nihil ad rem pertinet, quantum ait,  
quantum fœneret, a quam multis salutetur,

LI

quam